



# UNIVERSITY OF CAMBRIDGE

## CLASSICAL TRIPOS Part IB

---

Friday 9 June 2006    9 to 12

---

Paper 3

### PASSAGES FOR TRANSLATION FROM LATIN AUTHORS

*Answer all the questions.*

*Use a separate booklet for each Section.*

**The Examiners will give equal weight to each Section.**

*Write your number (not your name) on the cover-sheet of each Section booklet.*

**Candidates who do not write legibly may find themselves at a grave disadvantage.**

**STATIONERY REQUIREMENTS**

8 Page Booklets x 2

Rough Work Pad x 1

Tags

**SPECIAL REQUIREMENTS**

None

**You may not start to read the questions printed on the subsequent pages of this question paper until instructed that you may do so by the Invigilator**

## SECTION A

*Translate:*

**A1** *As it is, Sulla's son will have to bear the shame of his father's former conviction for bribery. Do not add to that the stigma of another conviction.*

Nihil video esse in hoc P. Sulla, iudices, odio dignum, misericordia digna multa. neque enim nunc propulsandae calamitatis suae causa supplex ad uos, iudices, confugit, sed ne qua generi ac nomini suo nota nefariae turpitudinis inuratur. nam ipse quidem, si erit uestro iudicio liberatus, quae habet ornamenta, quae solacia reliquae uitae quibus laetari ac perfrui possit? domus erit, credo, exornata, aperientur maiorum imagines, ipse ornatum ac uestitum pristinum recuperabit. omnia, iudices, haec amissa sunt, omnia generis, nominis, honoris insignia atque ornamenta unius iudici calamitate occiderunt. sed ne extinctor patriae, ne proditor, ne hostis appelletur, ne hanc labem tanti sceleris in familia relinquat, id laborat, id metuit, ne denique hic miser coniurati et conscelerati et proditoris filius nominetur; huic pueru qui est ei uita sua multo carior metuit, cui honoris integros fructus non sit traditurus, ne aeternam memoriam dedecoris relinquat. hic uos orat, iudices, paruus, ut se aliquando si non integra fortuna, at ut adflicta patri suo gratulari sinatis. huic misero notiora sunt itinera iudiciorum et fori quam campi et disciplinarum.

CICERO *Pro Sulla* 88-9

*nota:* brand

*aperio:* put on display

*campus:* (here) training ground

**A2** *Caesar's army has suffered a setback, but the soldiers should not be dejected.*

Caesar a superioribus consiliis depulsus omnem sibi commutandam belli rationem existimauit. itaque uno tempore praesidiis omnibus deductis et oppugnatione dimissa coactoque in unum locum exercitu contionem apud milites habuit hortatusque est, ne ea, quae accidissent, grauiter ferrent neue his rebus ternerentur multisque secundis proeliis unum aduersum et id mediocre opponerent. habendam fortunae gratiam, quod Italiam sine aliquo uulnere cepissent, quod duas Hispanias bellicosissimorum hominum peritissimis atque exercitatissimis ducibus pacauissent, quod finitimas frumentariasque prouincias in potestatem redegissent; denique recordari debere, qua felicitate inter medias hostium classes oppletis non solum portibus, sed etiam litoribus omnes incolumes essent transportati. si non omnia caderent secunda, fortunam esse industria subleuandam. quod esset acceptum detrimenti, cuiusvis potius quam suae culpae debere tribui. locum se aequum ad dimicandum dedisse, potitum esse hostium castris, expulisse ac superasse pugnantes. sed siue ipsorum perturbatio siue error aliquis siue etiam fortuna partam iam praesentemque uictoriam interpellauisset, dandam omnibus operam, ut acceptum incommodum uirtute sarciretur.

CAESAR *Bellum Civile* 3.73

*sarcio:* mend or make good

[TURN OVER

## SECTION B

*Translate:*

- B1 *Byblis decides to write a letter to her brother, declaring her love.*

incipit et dubitat, scribit damnatque tabellas,  
 et notat et delet, mutat culpatque probatque  
 inque uicem sumptas ponit positasque resumit.  
 quid uelit ignorat; quicquid factura uidetur,  
 displicet. in uultu est audacia mixta pudori.  
 scripta 'soror' fuerat; uisum est delere sororem  
 uerbaque correctis incidere talia ceris:  
 'quam, nisi tu dederis, non est habitura salutem,  
 hanc tibi mittit amans: pudet, a, pudet edere nomen,  
 et si quid cupiam quaeris, sine nomine uellem  
 posset agi mea causa meo, nec cognita Byblis  
 ante forem, quam spes uotorum certa fuisse.  
 'esse quidem laesi poterat tibi pectoris index  
 et color et macies et uultus et umida saepe  
 lumina nec causa suspiria mota patent  
 et crebri amplexus, et quae, si forte notasti,  
 oscula sentiri non esse sororia possent.'

OVID *Metamorphoses* 9.523-39

**B2** *Agamemnon tries to persuade Pyrrhus that Polyxena should not be sacrificed on the tomb of his father, Achilles.*

Quid caede dira nobiles clari ducis  
 aspergis umbras? noscere hoc primum decet,  
 quid facere uictor debeat, uictus pati.  
 uiolenta nemo imperia continuit diu,  
 moderata durant; quoque Fortuna altius  
 euexit ac leuauit humanas opes,  
 hoc se magis suppressere felicem decet  
 uariosque casus tremere metuentem deos  
 nimium fauentes. magna momento obrui  
 uincendo didici. Troia nos tumidos facit  
 nimium ac feroce? stamus hoc Danai loco,  
 unde illa cecidit. fateor, aliquando impotens  
 regno ac superbus altius memet tuli;  
 sed fregit illos spiritus haec quae dare  
 potuisset aliis causa, Fortunae fauor.  
 tu me superbum, Priame? tu timidum facis.  
 ego esse quicquam sceptrum nisi uano putem  
 fulgore textum nomen et falso comam  
 uinclo decentem? casus haec rapiet leuis,  
 nec mille forsan ratibus aut annis decem;  
 non omnibus Fortuna tam lenta imminet.

SENECA *Troades* 255-275

[TURN OVER]

B3 Either (a)

Num Veneris magnae uiolaui numina uerbo,  
 et mea nunc poenas impia lingua luit?  
 num feror incestus sedes adiisse deorum  
 sertaque de sanctis deripuisse focis?  
 non ego, si merui, dubitem procumbere templis  
 et dare sacratis oscula liminibus,  
 non ego tellurem genibus perrepere supplex  
 et miserum sancto tundere poste caput.  
 at tu, qui laetus rides mala nostra, caueto  
 mox tibi: non uni saeuiet usque deus.  
 uidi ego qui iuuenum miseros lusisset amores  
 post Veneris uinclus subdere colla senem  
 et sibi blanditias tremula componere uoce  
 et manibus canas fingere uelle comas:  
 stare nec ante fores puduit caraue puellae  
 ancillam medio detinuisse foro.  
 hunc puer, hunc iuvenis turba circumterit arta,  
 despuit in molles et sibi quisque sinus.  
 at mihi parce, Venus: semper tibi dedita seruit  
 mens mea: quid messes uris acerba tuas?

## TIBULLUS 1.2.79-98

Or (b)

## Tali pietate uirorum

laetus in aduersis et mundi nomine gaudens  
 esse fidem ‘nullum toto mihi’ dixit ‘in orbe  
 gratius esse solum non paruo pignore uobis  
 ostendi: tenuit nostros hac obside Lesbos  
 adfectus; hic sacra domus carique penates,  
 hic mihi Roma fuit. non ulla in litore puppem  
 ante dedi fugiens, saeui cum Caesaris iram  
 iam scirem meritam seruata coniuge Lyon,  
 non ueritus tantam ueniae committere uobis  
 materiam. sed iam satis est fecisse nocentes:  
 fata mihi totum mea sunt agitanda per orbem.  
 heu nimium felix aeterno nomine Lesbos,  
 siue doces populos regesque admittere magnum,  
 seu praestes mihi sola fidem. nam quaerere certum est,  
 fas quibus in terris, ubi sit scelus. accipe, numen  
 si quod adhuc mecum es, uotorum extrema meorum:  
 da similes Lesbo populos, qui Marte subactum  
 non intrare suos infesto Caesare portus,  
 non exire uentent.’ dixit maestamque carinae  
 imposuit comitem.

LUCAN *De Bello Civili* 8.127-146

**Or** (c) Gallio, crimen erit uix excusabile nobis,  
 carmine te nomen non habuisse meo.  
 tu quoque enim, memini, caelesti cuspide facta  
 fouisti lacrimis vulnera nostra tuis.  
 atque utinam rapti iactura laesus amici  
 sensisses ultra, quod quererere, nihil!  
 non ita dis placuit, qui te spoliare pudica  
 coniuge crudeles non habuere nefas.  
 nuntia nam luctus mihi nuper epistula uenit,  
 lectaque cum lacrimis sunt tua damna meis.  
 sed neque solari prudentem stultior ausim,  
 uerbaque doctorum nota referre tibi,  
 finitumque tuum, si non ratione, dolorem  
 ipsa iam pridem suspicor esse mora.  
 dum tua peruenit, dum littera nostra recurrens  
 tot maria ac terras permeat, annus abit.  
 temporis officium est solacia dicere certi,  
 dum dolor in cursu est et petit aeger opem.  
 at cum longa dies sedauit vulnera mentis,  
 intempestiue qui mouet illa, nouat.

OVID *Epistulae ex Ponto* 4.11.1-20

END OF PAPER